



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

C. 28.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39463

in ipso crucis ligno non tantum in corpore, sed etiam in anima formidabilem illam abyssum sentiret, derelictum & alienatum se à Deo esse, idque ad eō quasi in eius perniciem Deus conservasset. Hæc teterima verborum monstra, non solum diuersa, sed planè cōtraria illis sunt quæ Esaiam Prophetam significare Caluinus voluit, si tamē Petro & Paulo plusquam Calvino credimus. Sed si ita singula examinemus, nullus refutandi finis erit. Reliqua vide in parte quadagesimali Promptuarij nostri Catholici, in feria quarta hebdomadæ sanctæ,

IN MATTHÆI CAP. XXVIII.

19. Euntes ergo docete omnes gentes: docentes eos servare omnia quæcumque mandaui vobis.

VVM hæc Christi verba Ecclesiæ magisterium & amplissimā docendi potestate, cui propere docenti, cæteri obedire debeat (vt quid enim docetur quod nemo audire, cui nemo obedire tenetur?) perspicue doceant; spurius & rebellis Caluirus, pro eo quod Matri Ecclesiæ autoritatē non secus necessariā quām legitimā obseruare & lectori commendare debuerat, insurgit ipse contra Ecclesiam, & pecculcis calcibus eam verberans, acerbam in illam criminacionem instituit. Hinc (inquit) discamus Apostolorum Ecclesia non esse inanem honoris titulum, sed operosum munus, ideoque Catholicæ nihil magis esse absurdum vel minus tolerabile quām ut sibi lar- falso crimini uati homines usurpent hunc honorem, qui oriosè regnantes do- natio.

cedi munus à se reiciunt. A Papa Romano eiusque cohorte superbe successio hac inactatur, quasi communem cum Petro & eius collegis personam sustineant. Interim doctrina nihilo maior illis cura est quām Lupercis vel Bacchi & Cereris sacerdotibus. Verum qua fronte, obsecro, in eorum locum se subrogant, quos audiunt creatos fuisse Euangelij pracones? Sed quamvis eos non pudeat impudentiam suam prodere, tamen apud omnes sani iudicij lectors hoc uno verbo valide prosternitur futilis eorum hierarchia, quod nullus Apostolorum successor esse potest, nisi qui suam in Euangelij prædicatione operam Christo impedit: Denique quisquis doctoris partes non implet, perperam nomen Apostoli mentitur. Imo hoc noui testamenti sacerdotium est, spirituali verbis gladio homines in sacrificium Deo mactare. Unde sequitur, degeneres esse & commentitios omnes sacrificios, qui non sunt ad

docendi officium intenti. Hoc Calvini declamationi alia respondebitur, sed magis sobria ac solida.

*Contra Mi
niſtros Cal
uinianos.* Docendi munus Apostolis & eorum successoribus à Chri-

sto commissum est cum plena potestate docendi seruare om-

nia quacunque mandauit illis Christus. Hinc discamus Apo-

stolorum. Doctorum & Pastororum in Ecclesia munus non est

inanem honoris titulum, sed auctoritatem plenum, & eximia po-

testate prædictum: idoque nihil magis esse absurdum vel minu-

tolerabile, quam ut sibi larvati homines usurpent hunc honorem,

qui non vocati à Deo sicut Aaron, nec per impositionem ma-

nuum presbyterij ad hoc munus segregati, cucurrerunt, & ne-

mo mittebant eos. A Calvino eiusque cohortie superbè & impit

hoc docendi in Ecclesia manus arrogatur, quasi communem

cum Petro & eius collegis personam sustincent. Interim sani

doctrina nihilo maior illis citra est, quam Maliorum etanis aut le-

dæis, aut quibusvis veteribus hereticis, dum diuinæ Scriptu-

ras aut nefariè deputauant aut pestilentem corruptiunt, austi-

crilegè mutilant & detruicant. Verum quæ fronte, obsecro, n

eorum locum se subrogant, quos audiunt fuisse Euangelij preci-

nes, aut ab ipso Christo designatos, aut per impositionem ma-

nuum presbyterij postea legitimi ordinatos? quos audiunt acce-

psisse à Christo potestatem faciendi quod ipse fecit in vili-

ma cœna, offerendi corpus & sanguinem eius in mortis ipsius

perpetuam commemorationem? quos audiunt accepisse à

Christo potestatem sic soluendi & ligandi peccata in terris, et

eadem soluantur aut ligentur in celis? Sed quamvis eos non pro-

deat impudentiam suam prodere, & maximè hoc loca Calvi-

nūm, tamen apud omnes sani iudicij lectores hoc uno verbo va-

lide prosternitur futile eorum ministerium, quod nullus Apo-

stolorum successor esse potest, nullus in Ecclesia Dei verbi mini-

sterio fungi debet, nisi qui suam in Euangelij predicatione le-

gitimam vocationem & christi prioriam ostendit; nisi qui vt id fa-

ciat quod Christus in Cœna fecit, sacerdotalem ordinem sol-

cepit; nisi qui potestatem remittendi & ligandi peccata si-

militer initatus adeptus est. Denique quisquis has omnes par-

tes non implet, perperam vel Apostoli vel Pastoris vel Ministri

nomen mentitur. Imò hoc noui Testamenti sacerdotium est, vi-

noni Testamenti nouam oblationem Christus docuit (ait anti-

quissimus Irenæus) quam Ecclesia ab Apostolis accipiens pa-

uniuersum mundum offert Deo: hoc noui Testimenti sacerdo-

tium est, quod quum veteribus sacerdotibus concessum esset cor-

poris lepram non purgare, sed purgatam probare, nostris sacer-

dotti

dico

ston

tios,

nica

qua

coni

lici

unis

ac de

autem

nec

ca &

stis

hære

ser. F

doct

lucu

*Lib. 4.
cap. 31.*

dotibus datum est, non corporis lepram, verum anima sordes, non
dico purgatas probare, sed purgare prorsus: quæ verba Chryso- Lib. 3. do
stomi sunt. Vnde sequitur, non degeneres modo & commenti- sacerdotio.
tios, sed impios præterea ac profanos omnes esse sectæ Calui-
nicæ Ministros, qui nec ad docendi officium legitimè vu-
quam vocati & ordinati fuero, nec ea quæ docendi officio
coniuncta & propriè sacerdotalia sunt, ad præconis Euange-
lici munus quicquam pertinere censem. Hæc nostra est Cal-
uinianæ declamationi respondens, & eisdem vestigiis insistēs,
ac demū in Scripturis & Patribus fundata declamatio. Quod
autem de neglecto passim docendi officio garrit Caluinus,
nec ille totum orbem terrarum, per quem Ecclesia Catholi-
ca & Romana diffunditur, percurrit, ut tantæ negligentia te-
stis esse possit, nec si omnia oculis perlustrasset, tam mendaci
hæretico, & accusanti matrem spacio villa fides adhibenda es-
set. Res autem ipsa & populorum credentium fides, quæ absque
doctoribus docentibus nulla esse potuit, (fides enim ex audiu)
luculenti & improbi mendacij Caluinum conuincit.

20. Baptizantes eos in nomine Patris & Filii
& Spiritus Sancti.

DIVINUM hoc & omnibus credentibus necessarium
Sacramentum à Christo Redemptore his verbis
institutum suo profano glossemate deprauat insi-
gniter hoc loco Caluinus; & diuinæ Scripturæ aper-
ta doctrina penitus neglecta, sua lectori commenta & figmē-
ta propria obtrudit. Baptizari (inquit) iubet Christus, qui no-
men Evangelio dederint, sique professi fuerint discipulos: par-
tim ut illis baptismus vita eterna sit tesseram Deo, partim
apud homines externum fidei signum. Scimus enim Deum nobis
testari adoptionis sua gratiam hoc signo: quia nos inserit in cor-
pus filii sui, ut nos in grege suo cœseat. Ideo & spirituale nostrum
lauacrum, quo nos sibi reconciliat, & noua iustitia, illic repræ-
sentantur. Sed quemadmodum gratiam suam Deus hoc sigillo
nobis confirmat, ita quicunque se ad baptismum offerunt, vicif-
sim quasi data syngrapha obstringunt suā fidem. Tota hæc Cal-
uinii oratio nihil quam prophana vocum nouitas est, quā nec
diuina Scriptura tradit, nec Ecclesia maiorum docuit. Vult
baptismum esse tesseram vita eterna. Hanc tesseram nulla
Scriptura nominat. Vult adoptionis gratiam hoc signo Deū te-
stari. Hæc testificatio in Scripturis non legitur. Vult spirituale

Commenta
Caluinianæ
na circa
Baptismum.

T 5

nostrum lauacrum & nouam iustitiam in baptismo represe
nari. Hanc representationem nusquam Scriptura loquitur. Vult
denique Deum hoc sigillo suam gratiam nobis confirmare. Ho
sigillum gratiae in Scripturis non appetet. Omnia haec cerebri
Cauiiani & Scholae Genevensis placita ac figura propria
sunt. Nos vero divinis Scripturis inherentes didicimus, dici

Baptismi mus, & credimus, baptizari omnes qui nomen Euangeli de
verius usus, derunt, ut remissionem peccatorum consequantur. Sic Petrus
& efficacia in primo credentium baptismo. *Baptizetur unusquisque vi*

vera. *Strum in remissionem peccatorum.* Sic Ananias Paulo Exurgi,

Act. 2. *baptizare, & ablue peccata tua, innucato nomine Iesu.* Rursum

Act. 12.

didicimus in diuinis Scripturis, & credimus, baptismum non

signum aut tesseram aut testificatione aut sigillum gratiae vel

adoptionis nostrae esse, sed verae cautam, mediū, & instrumen
tum. *Mundauit Ecclesiam suā lauacro aqua in verbo vita.* Est

propositio causalitatis, sive quæ mutationis causam & instrumentum designat, sicut qui dicere, *Mundauit corpus suum lau*

Ephes. 5. *cro aqua in Iordanē.* Rursum, *Saluos nos fecit per lauacrum re*

generationis & renouationis Spiritus S. id est, per baptismum

regenerant & renouantē. iuxta perpetuam phrasim Hebraicam. *Virga directionis* id est, dirigē, gladius occisionis, & diu

Ezech. 21. *occisionis*, id est, gladius occidens, & dies occidens, dies ultimi

nisi, id est, viciſſenſe, & innumera talia. Dicit ergo Apostolus

Rom. 3. *nos saluos fieri per baptis̄mū regenerantem.* Ipse ergo regene

rat, sed ut causa media & instrumentalis per quam regeneramus.

Dicente alibi apostolo, *Arbitramur hominem iustificari perf*

dem, rapiunt hoc libenter iustumē hæretici, ut fidē veram esse iu

stificationis nostrae causam, mediū, & instrumentū doceant.

Cui igitur eidem apostolo dicēti, *Saluos fecit per baptismum,*

similiter nō credunt baptismū salutis nostrae causam quandā

mediū, & instrumentum esse? Rursum ait Petrus: *Simili*

forme baptis̄mus saluos nos fecit. Cur hic effectū baptis̄mi non

agnoscunt, & salutis causam certo modo effectricem baptis̄mū

esse non avertunt; sicut quum aliæ Scripturæ dicunt, *fides iustificat, effectum fidei obuiis vlnis amplectuntur, &*

iustificationis causam certo modo effectricem fidem esse,

audīstis animis auscultant? An ut sanam doctrinam admittent, fidem iustificationis nostrae non nisi tesseram, signum,

representationem, sigillum esse? An huiusmodi doctrinam

verdiunis Scripturis contraria non toto pectore execrabit? Cur igitur in diuinis Scripturis de baptismo nō secuslo

quentibus, eadem sinceritate & prōpititudine nō acquiescunt?

Cur

Cur relista propria, aperta, & saepius repetita diuinæ Scriptura doctrina, propria sua figmenta orbi obtrudunt? Placum est, Caluini eiisque cohortem non Scripturas ipsas venerari, attendere, aut humiliter auscultare, sed sui tantum cerebri figura, suæ scholæ placita, veluti idola quædam ab ipso fabricata venerari, complecti, & colete. Porro sigillum hoc totum & tessera Caluiniana quam ridiculū & absurdum signum si, in epist. ad Ro. alia data occasione demōstrauim⁹.

In cap. 4.
verf. 11.

Sed non est hæc sola hoc loco Caluini dementia. Aliquid haber quod in Catholica Ecclesia h̄c etiam arrodat. Id quale sit, paucis quoque expendemus. Porro (inquit) quum Apostolus disertè vñā cum predicatione Euangelij mādata sint ista partes, sequitur non alios baptismi legitimos esse ministros, nisi qui idem simul doctrinam ministrant. Quod ergo priuatis hominibus, smō fœminis permissa fuit baptizandi licentia, quia Christi institutioni minimè consentaneū est, nihil aliud fuit quam mera profanatio. Adde quum doctrina prior datur locus, doctrina virtute fieri ut signa nouam naturam induant, sicuti externa carnis lotio spirituale regenerationis pignus esse incipit præunte Euangeli doctrina. Atque hæc est genuina consecratio, in cuius locum magicos exorcismos Papatus nobis inuexit. Ideoq; apud Marcum dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, quibus verbis non modo à sp̄ salutis excludit Christus hypocritas, qui fide vacui extero tantum signo inflati sunt, sed sacro vinculo doctrina baptismum copular, ut hoc nihil aliud sit quam illius accessio. Hæc ille. Totius Ecclesiæ consuetudinem, quapropter huius sacrameti summam in paruulis necessitatem, fœminæ & obstetrices periclitante de vita paruulo baptizare permittuntur, homo carpendi auidus carpit, & yeluti meram fenditur.

Baptismus
laicorū in
casu neces-
sitatē de-
fendit.

sacramenti profanationem damna. Cur id verò? Quia (inquit) Christi institutioni minimè consentaneū hoc est. At quare institutioni Christi hoc repugnat? An Apostolis dictum est, ut illi soli aut eorum successores baptizarent? Planè, ait Caluinus. Quum enim Apostolus vñā cum predicatione Euangelij mandata sint ha partes baptizandi, sequitur non alios esse legitimos baptismi ministros, nisi qui idem simul doctrinam ministrant. At hæc consequentia quam multis modis infirma sit, etiā quouis Caluinista iudice, statim apparebit. Primum enim ipsius Caluini doctrina est, ut paruolorum baptismum contra Anabaptistas tueatur, hoc Christi mandatū, Docete baptizantes, ad solos adultos baptizandos pertinere, non ad paruulos. Sic enim alibi scribit: Apostolos mittit Christus ad Euangelium uniuers

Instit. lib. uniuersis orbis nationibus promulgandum, ut undique in regni suum perditos homines doctrina salutis colligant. Quos autem illos aut quales? Certum, nullam nisi de ijs qui doctrina recipienda pares sint, esse mentionem. Postea adiungit, tales, ubi institutifuerint, esse baptizandos. An de infantibus toto illo sermone una est syllaba? Hæc ibi ille. Si ergo de infantibus baptizandis Christus hic non loquitur, qui doctrinæ Euangelicæ recipienda pares non sunt; quomodo ex Euangelicæ huius prædicationis necessitate probat Caluinus, eos solos esse baptismi legitimos ministros, qui pariter cum baptismō doctrinam ministrant?

*Caluinus
ex seipso
refutatur.*

Ecce parvulis baptizandis nō est necessaria, imò superuacanea prorsus est Euangelicæ doctrinæ prædicatio. Non ergo illa cogit eum qui parvulum baptizat, verbi ministerum esse. Non, inquam, verbi minister hic necessario postulatur, ubi verbi ministerio opus non est. Quod parvuli ab aliis quam verbi ministris virginete necessitate baptizari, contra Christi institutionem de Euangelica doctrina baptismō adiungenda nihil facit, quia in parvorum baptismō hæc doctrina Euangelica non requiritur. Ibi est necessarius verbi minister legitimus, ubi verbi ministerium necessarium adhibendum. In parvulis baptizandis verbi ministeriū necessarium non est. Nec ergo verbi minister. Deinde de parvulis hinc nulla sit mentio aut syllaba, ait Caluinus. Ergo hæc institutionis forma, Docete baptizantes, ad parvulos non pertinet. Si ad parvulos hæc forma non pertinet, quare in foeminis et necessitate parvulos baptizantibus hæc forma desideratur? quare contra illas profertur? Prorsus haud secus parvorum baptismum hæc Caluini cauillatio in uniuersum aboleret, veluti meram profanationem & institutioni Christi repugnat (quod Anabaptistæ volunt) quam parvorum in casu necessitatis à foeminis administratum baptismum ex ea abolete Caluinus conatur. Deinde si propter hæc Christi verba,

*Parvuloru⁹
baptismus
iuxta Cal-
uinum abo-*

Docete omnes gentes, baptizates eos, &c. & propter alia Christi verba, Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. sacro doctrinum abo nō vinculo baptismus copulatur, idque adeò ut doctrina virtus tendit. signa nouam naturam induant, ipseque baptismus pignus regenerationis nostræ esse incipiat præente Euangeliō (quæ omnia hic Caluinus dicit) quomodo in uniuersum baptizantur parvuli, quorum hinc nulla sit mentio, de quibus Christus hic non loquitur, sed de solis adultis, qui recipienda doctrinæ pares sunt, ut idem Caluinus affirmat? In illorum baptismō hoc doctrinæ vinculum locum non habet, quia ei recipienda

paſces
turā
nique
quia
gous
cus que
trat,
O
mīſe
Sam
par
nond
eorun
ad A
tur t
eos in
ac sta
vt de
ham
efſe a
na à
dus C
zand
sacra
vt ab
non i
gnus
aut a
adiu
parv
mina
qui i
ideō
ratio
denic
aqua
Man
da in
illos
fœdi
N

paſces
turā
nique
quia
gous
cus que
trat,
O
mīſe
Sam
par
nond
eorun
ad A
tur t
eos in
ac sta
vt de
ham
efſe a
na à
dus C
zand
sacra
vt ab
non i
gnus
aut a
adiu
parv
mina
qui i
ideō
ratio
denic
aqua
Man
da in
illos
fœdi
N

pares non sunt. In illorum baptismo signa nullam nouam naturam induunt, quia doctrinæ virtus illic non adhibetur. Denique in illorū baptismo nullum erit regenerationis pignus, quia nisi præente Euangelio (quod hic omittitur) tale pignus esse non incipit. Ita rursum non aduertit cæcus hæreticus quod aduersus Ecclesiasticam consuetudinem dum oblatrat, Anabaptistarum causam fortiter agit.

Occurrit quidem hoc loco huic malo Caluinus, sed ita miserè ac stolidè, ut Anabaptistæ ferociam magis accendar. Summa responsonis hæc est; *In paruulis baptizandis non separari baptismum à fide vel doctrina, quia licet pueri infantes nondum per etatem fide percipient Dei gratiam, Deus tamen eorum parentes compellat ipsos etiam complectitur, dicente Deo ad Abraham, Ego ero Deus tuus, & semini tuo post te. Nego igitur temere baptismum infantibus conferri, ad quem Dominus eos inuitat dum se illis promittit fore in Deū.* Misera, inquam, ac stolida hæc Caluini defensio est, hoc maximè in loco. Nam vt demus Caluino paruulos ex illa Dei promissione ad Abram facta pertinere ad fœdus, & esse salutis participes (quod defensus. absurdissimum mox docebitur) quomodo tamen absque fide & doctrinæ Euāgelica baptizari possunt, si fides & doctrina à baptismo separari nō possunt? An quia pertinent ad fœdus Christianorum parentum infantes, idcirco in illis baptizandis institutio Christi violari potest? Aut enim ad huius sacramenti institutionem ipsa doctrina Euāglica pertinet, vt absque illa propter sacram doctrinæ vinculum baptismus non subsistat, nec signa nouam naturam induant, nec esse pignus regenerationis baptismus possit nisi præente Euāgelio; aut ad eius institutionem doctrina non pertinet, nec alia quæ adiunxit Caluinus vera sunt. Si illa omnia vera sunt, ergo paruorum baptismus in vniuersum (non solum quem fœminæ in casu necessitatibus ministrant) profanus & impius est, qui nec fidem habent, nec doctrinæ recipiendæ pares sunt, ideoque nec sacro illo vinculo gaudere, nec pignus regenerationis suæ præente Euāgelio habere possunt: in quorum denique baptismo signa nouam naturam non induunt, sed aqua baptisci qua abluantur, tota profana & vulgaris est. Manent, inquam, hæc omnia iuxta Caluini doctrinam absurdæ in paruorum quo cunque baptismo, tametsi verum esset illos iam ad Dei fœdus pertinere, quia eorum parentes ad Dei fœdus pertinent.

Nunc autem alia hæc est & singularis Caluini dementia, quod

Christia- quod Christianorum parentum filij ad foedus Dei pertinent,
morum pa- & de salute sua certi sunt etiam absque baptismō, propter illa-
rentū filij Dei verba ad Abraham, *Ego ero Deus tuus, & Deus semini tu-*
non bapti- post te: quam hoc loco pluribus refutare ad causam presentem
zati ad fa- non facit. Breuiter tamen tam impiæ & profanæ sententiaz
mus Dei no- tam futile fundamentum (quo semper magna confidentia &
pertinent. veluti fortissimo principio nitoris Caluinus) refutabo. Pri-
Gen. 17. mūm verba illa ad Abraham dicta ad solius veteris populi
Fundamen- foedus pertinent: quod manifestè probatur ex pacto foedus
rum Cal- reciproco, quod ibidē Deus ab Abraham & semine eius ex-
uinianum refutatur.
Gen. 17. git. Quum enim dixisset Deus, *Statuam pactum meum in*
me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fa-
dere sempiterno, ut sim Deus tuus & semenis tui post te, dixi
iterum Deus ad Abraham. Et tu ergo custodies pactum meum, &
semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum meum
quod observabitis inter me, & vos, & semen tuum post te. Cir-
cuncidetur ex vobis omne masculinum. Pactum reciprocum ex
circuncisio. Ad solos ergo circuncisos hoc pactum pertinet.
Confirmatur hoc ex promissione huic foederi adiuncta. Qui
enim dixisset Deus, Ego Deus tuus, & semenis tui post te; sub-
iunxit, Daboq̄ tibi & semini tuo terrā peregrinationis tue, en-
nem terram Chanaan in possessionem eternam, eroq; Deus euri.
Ecce promissio foederi adiuncta, iuxta quam Deus futurus
erat semenis Abrahæ, tota temporalis erat, & quæ ad solos lu-
dæos pertinebat. Deinde ut demus in hac promissione terro-
na spiritualem significati, & Deum Abrahæ ac semenis eius
post eum, salutis æternæ foedus innuere, cuius signum est
circuncisio; an non necessariò sequitur Deum Christiano-
rum parentum sic Deum illorum esse & semenis ipsorum, si
huius promissionis ac foederis signum nunc sit baptismus, si
eum Iudæis erat circuncisio? Id si ita est, non secus erit nunc
necessarius bapti'mus quam runc erat circuncisio. Et quemad-
modum de illa dictum est: *Masculus cuius præputij caro cu-*
euncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo; sic de ba-
ptismo necessariò dicendum: Parvulus, qui baptizatus no-
fuerit, peribit anima illa de populo suo, quomodo cuncti; tandem
illa verba intelligantur. Atqui Caluinus necessitatem baptis-
mi in parvulis Christianorum parentum propter hanc pro-
missionem Abrahæ factam negat; & propter hanc negatam
necessitatem, baptismum foeminarum in casu necessitatis ex-
agitat. De quo apud Marcum plura dicemus. Interim hoc
contra Caluinum tenemus, non obstante conficto foedere in-

In Marc.
cap. 16.

ter Deum & paruulos non baptizatos, quia Deus parentum illorum est, baptismum tamen non secus nunc necessarium esse quam fuit Iudaeis circuncisio: Rursum non propter illa verba, *Deus tuus ero, & seminis tui post te, omnes circumcisii vel de carnali semine Abrahæ ad hoc fœdus diuinum pertinebant. Non qui filij carnis, sed filij Dei; sed qui filij sunt promissionis, estimantur in semine.* Filij autem promissionis sunt soli credentes. Qui ex fide sunt, benedicuntur cum fideli Abraham. Nec ergo Iudeorum nec Christianorum parentum filii secundum carnem, Deus fœdere coniungitur, nisi iis qui fidem habent, aut saltem sacramentum fidei, olim circuncisionem, nunc baptismum. Deinde si paruulis Christianorum parentum non est necessarius baptismus, quia pertinent ad fœdus cum parentibus initum, & ab hoc fœdere pendet eorum salus, ergo nec eisdem adultis necessaria erit ipsa fides, vel illa doctrina Evangelica. Si enim ratio federis liberat paruulos à necessitate baptismi, cur non eadem ratio liberet adultos à necessitate fidei? Planè codem modo dictum est, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorum;* quo dictum est, *Qui non crediderit, condemnabitur.*

Rom 9.

Gal. 3.

Ioan. 3.

in Ioan. 8.

39.

Calvinus

Præterea ut ex ipsis verbis Caluinum refutemus, ad illa Christi verba, *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite,* ita scribit Caluinus: *Quum Dominus Abrahæ semini pollicitus esset se fore in Deum, increduli omnes hac promissione abiecta se abdicabant ex genere Abrahæ.* Negat igitur Christus reputandos esse filios Abrahæ qui oblatam sibi in verbo benedictionem abiciunt, quia Spiritu renasci oportet qui sunt filij promissionis, & nouas esse creaturas quicunque locum appetunt in regno Dei. Residet enim Dei electio in semine Abrahæ, sed libera, ut heredes vite reputentur quos Deus Spiritu suo sanctificat. Hæc ille ibi. Scipsum egregie refutauit. Promissio & electio Dei in semine Abrahæ non est absoluta, ut nasci paruulum ex parente fidei fœderisque participe, promissionis capacem reddat, sed est in Deo libera, ut heredes vite reputentur quos Deus Spiritu suo sanctificat. Eodem modo in paruulis est libera Dei electio, ut heredes vite reputentur quos ille Spiritu suo sanctificauit, quos in aqua & Spiritu regenerauit, quos per lauacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti saluos fecit, qui denique in Christo baptizati Christum induerunt. An ab ista conditione omnibus filiis Dei necessaria paruuli excipiuntur? An in illis solis Dei electio libera non est? An conditionem federis à Deo præstitutam ullum humanū ingenium laxa

De pecca- laxare audebit? Sapienter & grauiter Augustinus. Nulla ei
mer. & re- nostro arbitrio præter baptismum Christi salus eterna promi-
misi. lib. 1. tatur infantibus, quam non promittit Scriptura diuina omni-
cap. 23. bus humanis preferenda ingenij. At hoc audet Caluinus se-
 perbo suo confusus ingenio.

Caluinus Sed homo impius & audax, vide quām ex diametro con-
Apostola Apostolum disputat. Caluinus ita disputat: Paruuli Christi-
cōtradicit. norum parentum sunt semen Abrahæ: ergo sunt Christi &
 Christum pertinet sine baptismo. Apostolus contrā disputat:

Gal. 3. 29. Si vos Christi, ergo semen Abrahæ estis secundum promissionem
 hæredes. Vult prius esse Christi, & sic semen Abrahæ; nō prius
 semen Abrahæ, & ita Christi. Esse autem illos Christi, proba-

uit eodem loco ex baptismo Christi: *Quicunque baptizan-*
estis, Christum induistis. Sic ergo Apostolus disputat. In bapti-
 smo Christum induistis, Christum induti semen Abrahæ estis.
 Ita fœderis cum Deo principiū ac ianua est in baptismo Chi-
 stum induere & Christi esse, non ex Christiano parente nasci.
 Hæc obiter cōtra impiū Caluinii dogma, quo baptismi nec-
 sitatē tollit, & paruulorū salutem in maximū discrimē voca-

Nunc ut ad tem præsentē redeamus, si propter hęc Christi
 verba, *Docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* doctrina Eu-
 gelica debet semper esse cum baptismo coniuncta, viciū
 quoque baptismus semper deber esse cum doctrina coniunc-
 tus, vt videlicet docendum non sit nisi quum baptismus ad-
 ministratur. Imò magis baptismum doctrinæ quām doctrinæ
 baptismo Christi verba coniungunt, quum non sit dictum:
Baptizate docentes, sed contrā, Docete baptizantes. Quem
 Scriptura dicit, *Fuit Ioannes in deserto baptizans, & predicit*
baptismum pœnitentia, non docet eum in deserto semper be-
 prizasse, aut nunquam in deserto fuisse nisi dum baptizare,
 sed docet eum quum illic perpetuò versaretur, aliquando be-
 prizasse. Sic hæc Christi verba, *Euntes docete omnes gentes,*
baptizantes eos, &c. nihil aliud nos docent, quām prius esse
 docendas gentes, & in fide instruendas; iamque satis instru-
 das esse baptizandas. Nec docent doctrinam cum baptismo
 coniungi debere; sed eam in adultis necessariō præcedere, vi-
 viam ac medium ac terminum ac finem reconciliationis pre-
 mæ cum Deo, siue regenerationis infidelium: nec baptismus
 alligant doctrinam, vt extra baptizandi casum docere non in-
 opus. Tanquam diuersa diuersis & suis quæque temporib⁹
 facienda à Christo mādantur. Hunc literæ geminum & ape-
 tum sensum nemo nisi factiosus non videt.

Marc. 1.
Doctrina
præcedit
baptismū,
nou cum ea
coniungi-
tur.

Iam verò si non nisi cum doctrina Euangelica adjuncta recte administratur baptismus, Caluinus ipse in Ecclesia Catholica parvulus baptizatus, quæ doctrinam Euangelicam non adiungit, quomodo baptizatus fuit? Si non recte, rebaptizari debuit & ad Anabaptistas transire. Si recte, falso & inepte h̄ic cauillatur de sacro doctrinæ vinculo.

Sed & rursum, si non nisi à legitimis Ecclesiæ ministris administrari baptismus potest, Caluinus ab Ecclesiæ Romanæ ministro baptizatus, aut Ecclesiā Romanam verā esse Christi Ecclesiam, & ex consequenti ab ea recedens suum nefarium schisma agnoscere, aut iterum se minimè baptizatum fuisse fateri debet. Ita vnde Caluini stolida & insulsa tergiversatio retunditur. De hoc autem postremo vide quæ latius Lib. 4. olim à nobis disputata sunt in Opere nostro de Principiis Cap. 21. fidei doctrinalibus.

21. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.*

Lvculta hæc est Christi Redemptoris promissio, fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Recessurus ex hoc mundo ad patrem, usque Apostolis suas partes resignans, mittens eos in mundum, sicut ipse à Patre missus fuerat, mandans illis ut docerent omnes gentes, ut Euangeliū omni creatura prædicarent, ut baptizarent credentes, ut sua illis tradita mandata aliis traderent, & præfatus omnem sibi in cælo & in terra potestate datam, ne de tanto illis mandato munere vel illi vel eorū futuri successores quicquam trepidarēt; quasique deinceps absente magistro cælesti, præsidio quoque cælesti destituti viderentur; ad certam ac firmam fiduciam eorū animos erigit, dicens: *Ecce, aduertite, & imis hoc cordibus reponite; Ego ipse qui hactenus vos docui semper, vobis sum, vobis docentibus, prædicantibus, mea sacramenta administrantibus adsum & adero semper, omnibus diebus, absque ullo temporis interuallo, absque ulla eclipsi vel defectu assistentiæ cælestis, usque ad consummationem saeculi, non usque ad centum, ducentos, trecentos annos, ut vera Euangelij mei prædicatio postea extinguitur aut obliteretur, sed tot annis ac seculis, quot seculum stabit ipsum.*

Christus
perpetuò
cum Ec-
clesia.
Ioan. 17.

Frendit ad hæc Christi verba Caluinus, nec temperate sibi potuit, quin animi sui vucus aperiret, & frustra contra stimulum calcitraret. Non est (inquit) ferenda cleri Papalis improbitas, dum sacrilege sue tyramnidihunc colorē inducent. Negant

Ecclesiæ
firmitas
defendi-
tur.

errare Ecclesiæ posse quia à Christo regitur. Propterea hoc negant, Christi verbis ac promissione tam luculenta & perspicua freti: nec sacrilega tyrannidi sua hunc colorum inducunt, sed pro necessaria Christianorum obedientia, hanc certam & firmam causam adducunt, Pastoribus Ecclesiæ docentibus Euangelium obediendum esse, quia cum docentibus Pastori-bus Christus ipse adest omnibus diebus, nec eos in doctrina errare sinet. Quæ igitur hæc improbitas est, Christi verba luculentissima, ac promissionem perspicuam pro Sanctæ Ecclesiæ firmitate proferre? Aut quam demum ob causam improbitatis eos arguit Caluinus qui ex his verbis negant Ecclesiæ posse errare? An aliquid adferre Caluinus potest, cur improbitatis argui debeant? Videamus quid post tam acerbam criminacionem in medium adfert, aut qua demum ante Christi tam clara verba eludere queat. Quasi vero (inquit) Christus non secus ac gregarius quispiam miles alijs ducibus mercenariam operâ locarit; ac non potius autoritatem sibi in solidum retinens, se doctrinæ sua vindicem fore testatus sit, ut si eius ministri victores totius mundi fore confidant. In hoc verborum summo quid succi, quid ponderis aut rationis est? Inanis vocum strepitu lectorum ludificat. Quid enim? An qui Ecclesiæ errare posse negant, quia à Christo regitur, illi Christum pro gregario milite habent, qui suam operam alijs ducibus locarit? Quæ huius inanissimi gatrius connexio, quæ consequentia? An non propterea contraria sequitur consideratio Christum videlicet veluti Ducem primarium aut Principem potius & Imperatorem militiæ nostræ, suas vices aliis subducibus ac militibus demandasse? Idecirco enim Ecclesia non errat, quia à Christo regitur, quia Duce & Imperatore Christo Ecclesia militat. An igitur huic cauillo nullus hic locus erat Planè nullus, nisi quod in re grauissima ludere lectorum voluit. Rursus qui Ecclesiæ errare posse negant, quia à Christo regitur, an illi Christum sua autoritate spoliant, ut ipsam sibi solidè non retineat? At quæ major Christo authoritas tribui potest, quam ut dicamus Ecclesiæ uniuersam à Christo regi, ideoque illam errare non possit?

Sed quid tandem post hæc inanissima cauilla Christo tribuendum censet Caluinus, dicenti, Ecce ego vobisum sum omnibus diebus usq; ad consummationem faculi? Se (inquit) doctrinæ sua vindicem fore testatus est, ut se eius ministri electores totius mundi fore confidant. Quamuis Christus in his verbis se potius doctrinæ suæ custodé quam vindicem pro-

nun-

stendat
dicat
quia
doct
& qu
verb
mini
mod
dient
Paul
obedi
dien
glori
verb
fidei
nis
ticate
illis
dieb
aliud
Eccl
idem
rend
negat
darg
aliud
prot
lect
bent
uinu
vinc
verb
nefa
cum
fiam
rotul

Verborum
sumus.

nuntiet, & adesse Ecclesiæ suæ, patrocinium, præsidium, assi-
 stentiam & auxilium gratiæ magis propriè notet, quām vin-
 dicationem violentam aduersus Ecclesiæ suæ hostes; tamen
 quia penè in idē vtrumque recidit, & doctrinæ vindicem etiam
 doctrinæ custos ac conservator dici potest, transeat illa pars,
 & quo sensu doctrinæ suæ vindicem Christus se fore in his
 verbis iuxta Caluinum testetur, videamus. *Vt se (inquit) eius*
ministri victores totius mundi fore confidant. Rectè. At quo-
modo tandem victores totius mundi erunt, nisi quia ad obe-
dientiam fidei torum mandatum pertrahent? De quo genere
 Paulus Apostolus: *Accepimus gratiam & Apostolorum ad Rom. I.*
obediendum fidei, vel, ut Caluinus ac Beza verti volūt, ad obe-
dientiam fidei, in omnibus gentibus, pro nomine eius: id est, ad
gloriam nominis Christi. Hæc autem victoria mundi, quoad
verbi Dei ministros, Pastores & Doctores, & hæc obedientia
fidei populorum, quo tandem modo perpetua & firma erit,
nisi quia aec Pastores docendo, nec populus obediendo à ve-
ritate cœlestis doctrinæ aberrabūt, Christo duce ac magistro
illis semper præsente, & Ecclesiæ suam regente omnibus
diebus usque ad consummationem sæculi? An ergo in effectu
aliud dicit Caluinus quām clerus dicit Catholicus? Videlicet
Ecclesiæ errare non posse quæ à Christo regitur? Quod si
idem cum Catholicō clero dicit, quare improbitatis non fe-
rendæ homo improbus clerum Catholicum arguit? Quare
negat ipse posse errare Ecclesiæ, & alios hoc negantes re-
darguit? Quod si idem Caluinus non dixit, sed nescio quid
aliud dicere voluit; profectò tum verborum Christi sensum
prostul deservit. tum in suis verbis non nisi fucum & fraudem
lectoris facere voluit. quæ aliud in cortice, aliud in recessu ha-
bent; aliud loquuntur, & aliud sentiunt. Vtrumuis eligat Cal-
uinus, vel improbitatis manifestæ vel fraudis affectatae con-
vincitur. Manet interea firmum iuxta luculentissima Christi
verba, Ecclesiæ errare non posse, idéoque grauiter errare ac
nefatio scelere se obstringere omnes, Caluinum imprimis
cum suis Caluinistis, qui & tot sæculis errasse Christi Eccle-
siam contra Christum blasphemant, & ab ea veluti foedis er-
roribus contaminata impie recesserunt.

Antidotorum contra venena heretica in Euangelium
secundum Matthæum,

F I N I S.

V 2